8/I 1922

Actum in Castro Præmysliensi Sabbatho post Festum Sanctorum Trium Regum proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo

G. Zagurska fratri suo cedit

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Generosa Zophia de Pilichow Zagorska Virgo Generosi olim Christophori Zagorski cum Generosa olim Zophia de Orzechowce procreata filia cum assistentia Generosi Samuelis Alexandri Zagorski fratris sui germani sana mente et corpore existens a terris Dictibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa de omni et integro iure suo tota de Summa Mille florenorum Polonicalium sibi vigore per Generosum Georgium de Niedzielsko Madalinski ad praesens Tribunum Zidacoviensem coram actis praesentibus modo simplicis debiti ad solvendum inscripta necnon de ipsa eadem inscriptione debitorea Castrensi Premisliensi lavis de praemissis inscripta extante cum omnibus et singulis eiusdem Summae Utilitatibus fructibus proventibus commodis et emolumentis ac quavis competentibus et prerogativa iuris quoque praesentis cessi atque inscriptionis debitoreae Conditionibus punctis clausulis articulis Vadio ligamentis ac quovis beneficio iuris attinentibusque et spectantibus in Universum omnibus Nihil ex praemissis iuris et proprietatis pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservando Verum prout praemissa omnia et singula ipsamet recognoscens tenuit possedit et habebat, ipsisque ultime concernebant ac eidem serviebant Jam exnunc et de facto praedicto Generoso Samueli Alexandro

Zagorski

Zagorski fratri suo germano eiusq posteris accepta ab ipso pro praemissis
reali satisfactione cessit et condescendit, prout praesentibus cedit et condescen:
dit, omneq et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in perso:
nam praefati fratris et cessionarij sui totaliter et plenarie transtulit
transfudit et incorporavit prout praesenti transfert transfundit et incor:
porat perpetuo. Per hys Generosum fratrem et cessionarium suum 1923
eiusq posteros hoc ad ius cessum summam praemissamq omnia praesentibus
transfusa cum universis ipsis utilitatibus et emolumentis ac competen:
tiis et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq paci
fice et quiete uti fruendi summam praefatam tollendi, levandi et
percipiendi de levataq et percepta quietandi pro eadq si non
fuerit persoluta iure agendi processus quosvis inchoandi et per:
ducendi ac ad debitum finem perducendi. Praemissaq omnia tanquam
suam propriam ad suos suorumq suorum quosvis beneplacitos usus
libere et effectualiter convertendi. Praefati iuris originalis ea omnia in
se lanis complectend praesentiq cessi et transfusi vigore.

Actum in Castro Premysliensi feria secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo

GG. Drohoiowscij Roborant Intercisam

Comparentes personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosi Marianna de Czermno olim Generosi Mathiae
Stanislai a Drohoiow Drohoiowski consors derelicta ab una
et Joannes Paris alias Christophorus Thomas ab eadem Droho
iow Drohoiowscij fratres germani eiusdem olim Generosi Mathiae
Stanislai filij ab altera partibus. Sani mentibus et corporibus